



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 43. Articuli ad undecim redacti, atque argumenta examini proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

pluribus hic Princeps postulabat, ut <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 illæsa fervarentur ipsius privilegia pro <sup>A. C. 1562.</sup>  
 Sicilia, de qua asserebant, quod ei hu-  
 jusmodi Decretum esset obfuturum,  
 cum Siculis concessum esset, ut omnes  
 causæ cujusvis pretii in prima instan-  
 tia in ipso Regno cognoscantur: hac  
 igitur ratione a Decreti executione ces-  
 satum, & ex ea dilatione ingens fructus  
 Episcopis provenit, tunc autem, cum  
 sermo haberetur de iis, quæ Hispaniæ  
 Actores objecerant, complures Patrum  
 legitima non reputabant Siciliæ pri-  
 vilegia, asserentes, ea duntaxat a Ro-  
 manis Pontificibus, cum hoc regnum  
 possederant, suis Legatis ac Nuntiis con-  
 cessa, ac postmodum a laicis possessio-  
 ribus illius ditionis sibi sub privilegio-  
 rum obtentu arrogata fuisse. Verum  
 de hoc nonnisi per incidentem occasio-  
 nem actum est.

## §. XLIII.

*Articuli ad undecim redacti, atque  
 argumenta examini proposita.*

Cum ergo articuli circa morum repa- <sup>Pallav. c.6.</sup>  
 rationem ad undecim capita redu- <sup>n.3.4.65.</sup>  
 cerentur, Patrum sollicitudo eo inten-  
 ta erat, ut materiæ ibidem examinan-  
 dæ suo ordine disponerentur, huicque  
 rei eo majori infudatum est studio, quo  
 ardentius Cæsar libellis per suos Ora-  
 tores

Sæcul. XVI  
A C 1562.

res Synodo propositis ejusmodi examina  
efflagitaret : itaque innovabantur in  
primo articulo veteres Canones de vita  
& honestate Clericorum, quibus pro-  
hibebantur luxus, commestiones, che-  
reæ, aleæ, ceterique lusus, ac nega-  
tia laicorum, pœnis Ordinarii arbitrio  
relictis, negatoque appellationis con-  
fugio in hujusmodi causis, ad morum  
correctionem spectantibus. In secundo  
præscriptæ sunt conditiones necessariæ  
illi, qui ad Episcopi munus est promo-  
vendus, & inter alias hæc statuebatur,  
ut per sex Menses in Ordine sacro sit  
constitutus, ac tanquam Theologiæ, seu  
Canonum Doctor, ab aliqua Academia  
creatus, aut saltem ab ea testimonium  
accipiat, quod is ad eas facultates tra-  
dendas idoneus sit, quæ postrema con-  
ditio fuit adjecta, ne carentes non do-  
ctrina, sed pecunia inde excluderentur,  
qui post impensum studium in aliqui-  
bus Academiis, ubi sumptus ad Docto-  
ris Lauream consequendam necessarios  
ferendo impares sunt, saltem gradum  
illum accipiunt, a quo vulgo *Licentia*  
dicuntur : insuper his etiam additum  
fuit, ut Regulares promeritam hujusce-  
modi testificationem a suis Moderatori-  
bus fide publica subscriptam afferrent :  
præterea Episcopi Segoviensis, Ossunen-  
sis, Lucensis, & Aquensis in Mediola-  
nensi

nenſi ditione Episcopuſ optabant, in eo Decreto addi, ut ante Episcopatum Sacerdotium exigeretur. Verum animadverſum eſt, oppoſitum ſtatui ab Innocentio cap. *A multis*, tit. *de ætate & qualitate*, & ab Urbano Can. *Nullus* diſtinctione ſexageſima, in quibus locis ſufficere videtur, ut Ordo Subdiaconatus præcedat.

Præterea petebant alii in Episcopo Doctoris gradum; id enim a Divo Paulo in ſua Epistoſa ad Timotheum præſcribi aiebant: verum illis opponebatur, per ea verba duntaxat ſignificari, quod Episcopus ſit vir doctus, ſeu ſaltem ſacræ Scripturæ, & traditionum doctrina imbutus: ceterum ut tertium caput de reſtaurandis diſtributionibus quotidianis intelligatur, ſcire oportet, a Luſitanis, & Hiſpanis eſſe propoſitum, quod in ipſorum Eccleſiis plura eſſent beneficia, quorum poſſeſſores nimis libere divinum obſequium negligebant, adeoque oporteret, eos mulctationibus e deſidia ſua excitari. Equidem alii contradicebant huic oneri, utpote in hujusmodi Sacerdotiorum fundationibus minime contento, exiſtimarunt tamen plerique, ex jure divino, & æquitate naturali fructum illorum beneficiorum integrum relinquendum non eſſe inertium poſſeſſorum utilitati: me-  
dium

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

Sæcul. XVI  
A. C. 1562.

dium itaque suscipiebatur consilium, præscriptumque est, ut in illis locis, ubi constitutæ jam non fuissent in hujusmodi dignitatibus quotidianæ distributiones, tertiam partem complectentes, liceret Episcopo illas statuere, atque arbitrato suo iis, qui Sacerdotio fruebantur, præscribere, quantum ab illis Ecclesiæ inserviendum esset: si autem divini officio interesse omitterent, eo die distributionibus priventur, easque Episcopus convertat in utilitatem fabricæ, aut in aliud pium opus: si cui vero hujusmodi dignitatum nulla inesset in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata jurisdictionis, aut administratio, nec ullum aliud divini officii munus, sed extra urbem in Diœcesi injuncta illi esset animarum procuratio, tales haberentur perinde, ac si illi Ecclesiæ præsentem adessent, ut proin distributionum participes fierent. Ceterum nimis alienum a ratione videbatur, quod a compluribus beneficia unacum omnibus emolumentis, cunctisque suorum beneficiorum privilegiis obtineantur, quin tamen sacris Ordinibus sint initiati, & nihilominus illis, qui sacræ militiæ sunt adscripti, æquales reputentur, quamvis liberum ipsis esset, ut ad Laicorum vitam redirent, vel ad nuptiarum conjunctionem, aut ad armorum exercitationem

tionem transirent, hinc ad hanc laxitatem restringendam Synodus statuit in quarto capite, ut nemo Sacerdotium possidens in Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia, sive talis regularis, sive non esset, jus suffragii haberet in Collegio, nisi Subdiaconatu saltem initiatus foret; insuper præcipiebatur, ut ii, quibus ex munere certis quibusdam diebus Sacrificium erat celebrandum, aut Evangelium, Epistolave decantanda, intra annum, nisi legitime præpedirentur, Ordinem illi ministerio annexum susciperent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Demum circa dispensationes observatum est, quod nimia earum facilitas, ac irreperentes abusus plurimum legum auctoritatem labefactarent, ac disciplinæ relaxationem inducerent, & non raro, suppressis veris, falsæ causæ exponerentur, aut dispensationum executores, vel veritatem dignoscere negligerent, vel parum religionis studiosi existerent, hinc Synodus, ut ejusmodi corruptelis remedium opponeret, in quinto capite statuebat, quatenus legum gratiæ, quæ pro locis extra Curiæ Romanæ limites sitis factæ fuerint, Ordinario illius, qui eas impetravit, committerentur, illæ vero, quæ *gratiosæ* vocantur, atque ad forum contentiosum non pertinent, omni effectu careant,

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* U nisi

**Sæcul. XVI.** nisi prius Ordinarii tanquam Sedis A-  
**A.C. 1562.** postolicæ Delegati agnovissent, hæc  
 dispensationes veris causis sincere ex-  
 positis fuisse concessas: Ut vero etiam  
 alius tolleretur abusus in supremis vo-  
 luntatibus, quæ non raro absque legi-  
 tima causa immutabantur, Synodus  
 hujus rei cognitionem Episcopis in lex-  
 to articulo demandabat: septimo autem  
 capite agebatur de Legatis, Nuntiis A-  
 postolicis, Patriarchis, Primatibus, &  
 Metropolitanis, ad quos appellatio fit,  
 eorumque potestas ad Innocentii IV.  
 Constitutionem restringitur, qua non  
 observata ipsorum gestis nulla habe-  
 tur auctoritas, sed ipso jure nulla cen-  
 seantur: cum vero Synodus pariter al-  
 teri corruptelæ sat frequenter ob im-  
 minutum Religionis fervorem introdu-  
 ctæ remedium adhibere vellet, com-  
 pertumque haberet, quod pia opera ab  
 iis præscripta, qui postea decesserunt,  
 ab administratoribus non raro negligere-  
 rentur, hinc Synodus, ut huic malo, quan-  
 tum fieri posset, mederetur, in octavo  
 capite præcepit, ut Episcopi in cunctis  
 casibus a jure permissis hujuscemodi  
 piorum operum executores essent, sive  
 ea Benefactore adhuc vita superstite, si-  
 ve illo jam fati functo fuerint præscri-  
 pta: insuper eorundem Episcoporum  
 potestati relinquebatur visitare No loco-  
 mia,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

nia, Collegia, Sodalitia Laicorum, etiamfi *Scholæ*, aut alio nomine nuncupentur: præterea iisdem concedebatur invifere Eleemofynarum *Æraria*, vulgo Pietatis montes, & quæcunque locorum piorum genera, tametsi eorum procuratio ad Laicos pertineret. Huic decreto rursus obstitit *Piscarii Marchionis Procurator*, caussatus, quod inde privilegia Siculi regni læderentur; quare de illo expungendo deliberabatur: ast quoniam *Orator Lusitanus* una petiit, ut exciperentur *Nosocomia*, aliaque hujusmodi loca, quæ sui Regis tutela fruebantur, eoquod in illis negligentia præsumi non posset per *Episcoporum vigilantiam* corrigenda, hinc mutato consilio restrictum fuit decretum, adjecta exceptione omnium hujusmodi locorum, quæ sub ipsius Regis patrocínio fuissent constituta.

Multæ quoque fraudes intervenierant in administratoribus proventuum, qui templis, aliisque piis locis reparandis vel construendis destinabantur: Lex igitur in nono sancita est capite, vi cuius nullo habito respectu cujusvis oppositi privilegii adstringerentur hujusmodi administratores ad reddendam in annos singulos Ordinariis illorum rationem. Præterea complures *Scribæ*, auctoritate Regia, Cæsarea, aut Pontifi-



**Sæcul. XVI.** **A.C. 1562.**                       cia constituti, arrogabant sibi idcirco immunitatem a jurisdictione Episcopi in eo ministerio, ac sæpe comperiebatur inepti, aut aliquo vitio laborantes quapropter non raro in graves incidebant errores, atque ideo in capite decimo cuncti per Synodum subjecti fuerunt examini Ordinariorum, quibus facultas esset aut in perpetuum, aut ad tempus illos ab eo munere removendi qui ab Episcopi sententia appellare vellent. Denique in capite undecimo ac postremo poenæ statuuntur adversus eos, qui Ecclesiæ bona occupant, ac iniuste detinent: hos igitur Synodus anathemati subjicit, donec ejusmodi bona restituerint, atque a summo Pontifice excommunicationis vinculo soluti essent. Cuncta hæc capita postea fortius recensentur.

## §. XLIV.

*Examen abusu, qui in celebratione Missæ Sacrificii irrepsit.*

**Pallav. l. 18.** **c. 6. n. 15.** **Et c. 7. n. 1.** **Sarp. p. 553.** **D**iscussis hisce articulis ea proponuntur capita, quæ corruptelas in Sacrificii Missæ celebrationem irreperentes concernunt, atque in novem capita redacta fuerunt. Quamvis Patres in suo decreto hoc nomen *corruptelæ* sedulo declinarint, eorum tamen non pauci querebantur, quod Synodus ad reformationem